

nostra venditio perpetuae robur optineat firmitatis, præsentibus litteris, sigillum nostrum et Majorum Regni sigilla duximus apponenda. Actum in orientali Arusia Anno domini. M.CC.LXXVI. in die Beati Matthæi Apostoli. Anno Regni nostri secundo.

(L. S.)

(L. S.)

(L. S.)

619.

1277.

Wexiö.

Kon. WALDEMARIS bekräftelse på Lybecks borgare förunte handelsprivilegier.

K. v. 108.

Omnibus presentes litteras inspecturis WOLDEMARVS Dei gracia Rex Sweorum in omnium salvatore salutem eternam. Tenore presentium constare volumus universis, quod nos civibus Lubecensibus ad regni nostri limites navigio venientibus & vecturis exemplo tam bone memorie patris nostri Birgeri quondam Ducis, quam adfectione propria, quam ad ipsos exigentibus eorum meritis habemus & habere per Dei graciam perpetuo volumus provocati, libertates & privilegia per memoratum dominum ducem patrem nostrum eis in vita sua concessa post mortem eius de novo tam super theloneo quam super rebus naufragii, quam diu dicti cives eas per se vel alios extrahere seu salvare poterint & voluerint non tollendis sepelictis civibus concedimus & habenda in posterum presentibus litteris sigilli nostri roboratis munimine confirmamus. Datum Wexio Anno Domini millesimo ducentesimo LXXVII,

620.

1277.

Ärkedjäkn. BENGT i Linköping bref på Berga till Upsala Domkyrka såsom pant för låntagna 400 mark.

A. 3. a. 1: 14.

Vniuersis presentes litteras inspecturis. Benedictus byrgeri quondam ducis Sueorum filius archidiaconus ecclesie lincensis. Salutem in domino. Notum esse uolumus vniuersis. quod nos curiam nostram berghir obligamus & inpignoramus ecclesie vpsalensi pro quatringentis Marcis denariorum vsualis monete, sub hac condicione quod nos & illustris dominus noster. M. Rex Sweorum liberam habeamus facultatem, pro. CCCC. Marcis denariorum dictam Curiam redimendi. & Curiam nostram bergyr. in feringaøm propinquam curie supradicte contulimus ecclesie vpsalensi cum omnibus pertinentiis suis perpetuo possidendam in nostrorum remissionem peccatorum.

Sv. Diplom.

65